Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



78

themistocles in persas fugiens. hausto tauri
sanguine perijt. frustra igitur quidam darii
quartum regem qui ab alexandro superatus
est scribit. qui ñ quartus sed quartus decimus
post cyrum persarum rex fuit. Quem septimo
imperii sui anno et superauit et occidit
alexander. Et notandum quod quattuor
post cyrum regibus persarum enumeratis.
nouem preterierit. et transierit ad alexandrum.
Non enim curę fuit spiritui prophetali historię
ordinem sequi. sed pclara quęq; pstringere.
Surget uero rex fortis. et dominabitur potestate multa. et faciet quod placuerit ei.
et cum steterit conteretur regnum eius.
Perspicue de magno alexandro rege macedonum loquitur. qui philippi filius fuit.
Hic enim illiriis thracibusq; superatis uicta
greecia. thebisq; subuersis transiuit in asiam.
et fugatis darii ducibus urbem sardis cepit.
posteaq; capta india. et urbe alexandria
condita cum triginta. et duos ętatis haberet annos. et duodecimum imperii annum